

# MISCELLA

NEORVM AD IVS

PERTINENTIVM,

LIBRI DVVO,

A VCTORE

BERNARDO VVALTHERO

*Jurisconsulto Clarissimo,*

NVNC RECENSIN LVCEM

EDITI.



COLONIAE AGRIPPINAE,

*Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocero.*

*M. D. LXXIII.*

**B E R N A R D V S**  
**V V A L T H E R V S**  
Lectoribus.



Onscripseram anno post nati-  
uitatem IESV CHRISTI  
1. 5. 46. Miscellaneorum libel-  
lum, ad ius pertinētem, quem  
Viennæ Aultriæ, aliquot ex-  
emplaribus excudendum cu-  
raui. Eundemq; libellum, po-  
stea anno 1. 5. 48. & 1. 5. 49.  
auctiorem reddidi. Ex illo au-

tem tempore, alijs occupatus negocijs, totam ferè cu-  
ram augendi libelli deposui: donec nuper otium ad  
aliquot menses nactus essem: quo tempore, ea quæ  
iam antea excusa erant, obiter recognoui. Et cum  
inter recognoscendum, pleraque non omninò omit-  
tenda [vt mihi videbatur] occurrerent, nolui inter-  
mittere, quin, & illa annotarem, & novis capitibus  
complecterer. Quæ quidem capita, in eum numerum  
excreuerunt, vt iam priori libro secundum librum  
adijecerim. In his autem libris, institutum meum fuit,  
non aliena iam antea in lucem edita, interpolare, &  
pro meis venditare: sed ea potissimum in medium  
adferre, quæ fortè ab alijs, aut non rectè, aut omninò  
non sunt explicata. Quæ in re magni nominis inter-  
pretum exempla secutus sum: qui & ipsi, non conten-  
ti vulgaribus interpretationibus, pleraque proprio  
ingenio, aliter quàm ante ipsos factum est, interpre-  
tati sunt: Nolim tamen in ijs, quæ a me tradita sunt,  
ita refractarius esse, vt alijs cedere nolim: sed illa om-  
nia aliorum relinquo iudicio. Grecij Styriæ, III. die  
Ianuarij, Anno Domini 1. 5. 72.

<sup>2</sup>  
**MISCELLANEO RVM**  
AD IVS PERTINENTIVM,  
Liber primus.

BERNARDI VVALTHERI.

An productio instrumentorum, aduersario non cita-  
to, fieri possit, Doctorum argumenta confutata, &  
de intellectu l. properandum. §. sin autem reus. C.  
de iudic.

CAPVT I.

**I**n *Vstiniani Imper. verba in l. prope-  
randum. §. sin autem reus. C. de iudic. hec extant: Sin autem reus ab-  
fuerit, & similis eius processerit re-  
quisitio, quemadmodum pro persona actoris e di-  
ximus: etiam absente reo eremoditium contra-  
hatur. Et paulo post: Cum autem eremoditium  
ventilatur, siue pro actore, siue pro reo: examina-  
tio causa sine vlla obstaculo celebretur. Cum e-  
nim terribiles in medium proponuntur scrip-  
ta, litigatoris absentia Dei presentia repleatur,  
& cat. Ex quibus verbis las. post Ang. & Alex.  
in d. §. Sin autem reus. singulariter notari de-  
bere ait, productionem instrumentorum in iudi-  
cijs non valere, nisi presente vel citato aduersa-  
rio. Cum enim requisitio rei ante productionem  
terribilium scripturarum, fieri debeat, d. §. sin  
autem*